Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



necessitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in uiam rectam ut irent in ciui
tatem habitationis.
Confiteantur domino misericordie eius & mirabilia
eius filiis hominum.
Quia saciauit animam inanem & animam esurien
tem saciauit bonis.
Sedentes in tenebris & umbra mortis uinctos in
mendicitate & ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia dei & consilium
altissimi irritauerunt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorum infir
mati sunt nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur & de
necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis & uin
cula eorum disrupit.
Confiteantur domino misericordie eius & mirabi